



SATANÆ STRATA-
GEMATVM
LIBER IV.



Vd̄d cūm deprauetur doctrina,
mutatio tamen fieri videatur nul-
la, plures sunt causæ: quarum alias
ipsa in doctrina intelligas: alias in
mutationis quæ fit modo. Non-
nullæ eos respiciunt qui docent: nōnullæ eos
qui docentur.

*Quare do-
ctrinæ cor-
ruptionem
nulla sequar-
tur muta-
tio.*

In doctrina hæc mihi videntur esse: pri-
mùm , quòd sit quasi plurimorum dissimiliumq; granorum aceruus quidam, vt mu-
tatio per partes , easq; minutissimas fieri pos-
fit. Quemadmodum enim , si ex magno acer-
uo quopiam aliquot quotidie grana auferas,
alijs eorum loco restitutis , manere aceruus
idem videatur , cūm tamē paulatim mutetur,
incipiatque esse alius : ita , cūm religionis do-
ctrina ex plurimis constet dissimillimis sen-
tentijs, quanquā consentaneis , eodemq; ten-
dientibus: modò hac, modo illa deprauata, cō-
mutataq; ipsum doctrinæ (vt ita dicam) cor-
pus , eandem illud quidem retinere videatuq;
speciem : sed tamen omnino idem non man-
serit. partim enim factum fuerit aliud.

1 4